



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0001-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0002-5

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0003-1

DFG



1669.

33. Schroeterus, Ernestus Fridericus : De infirnis.
- 34<sup>a</sup>.<sup>t</sup> = Schroeterus, Ernestus Fridericus : De diligentiis.
- 35<sup>a</sup>.<sup>t</sup> Schroeter, Ernestus Fridericus : De occupationibus.
36. Schroeter, Ernestus Fridericus : De feudi alienatione.
37. Schroeter, Ernestus Fridericus : De executione.
38. Schroeter, Ernestus Fridericus : De remissione  
peccatorum et delictorum.
39. Schroeter, Ernestus Fridericus : De iure represe-  
nationis.
40. Schroeter, Ernestus Fridericus : De iure primariorum  
principum.
41. Schroeterus, Ernestus Fridericus : De pignoribus et  
hypothecis.
42. Schroeter, Ernestus Fridericus : De affectione



1669.

73. Simon, Ioh. Georgij : De excubitis sagatis abq. 52

74. <sup>sagatis</sup> Simon, Iohannes Georgius : Verolatones legati 53

75. <sup>76.</sup> Simon, Iohannes Georgius : Licem dissensorum 54

decades. 2 Scupt.

169<sup>o</sup>t Simon, Ioh. Georgius : Tura p oculorum. 2 Scupt 55

1669 & 1677.

Simon, Ioh. Georgij : Mercatores.

77. ~~Spanckas~~, Iohannes : De criminis sodomitiae. 57

Plat. 7. Lussoia. Claeplius 2 Scupt.

78. Spanckas, Iohannes : De regali rectigallium  
jure.

79. Spanckas, Iohannes : De ius vocatione  
sive estatone.

80. Spanckas, Iohannes : De errore

81. <sup>82.</sup> Spanckas, Iohannes : De crimine sodomitiae  
2 Scupt 1669 & 1720.



1669.

52. Stranchius, Johannes: *De conditione rei furtivae*

53. Stranchius, Johannes: *De novi operis numeracione*

54<sup>o</sup>. Stranchius, Johannes: *De iure collegorum opificum.*

2 Sept. 1669 - 1725

55. Stranchius, Johannes: *De origine, auctoritate,  
et libris iuris canonici . . .*

56. Toleramus, Burchardus Hartmann: *De iure consultis.*





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0008-9

DFG

*E. 3*  
1669,45<sup>a</sup> 59  
15

2

DECEM. DISSENSIONUM  
DECADES  
MAGNIFICO. FACULTATIS. PERMISSU  
PRÆSIDE. AMPLISSIMO  
JOHANNE. GEORGIO. SI  
MONE. D  
VENTILANDAS. EXPONIT  
WILHELMVS. KLAVBARTVS  
PENICENSIS. MISNICVS  
JENÆ. DIE. V. MAIL. A O.R.M. DC. LXIX  
LITERIS. NISIANIS





Vanquam haud immeritam fortassis, tranquille itidem & infucate Letor, nova cuiusdam singularitatis pœnam incurrisse me de facili impræsentiarum judicare posse; tum maxime si quando suscepæ defensionis gravitatem, simul & ingenii qualisqualis mei imbecilitatem æquiori paulisper animi lance consideraveris: attamen veniam quoque indubitatum omnino te mihi concessurum spero, quod si similiter protervam illam seculi nostri in componendo fallaciam, nec non execranda ubivis inter literatos plagia altius aliquantulum tecum repetieris. Tenet siquidem, attestante Poëtâ, insatiable cunctos ferè scribendi cacoëthes, adeò etiam, ut ubique tritum materiæ circumferre admirationem denegat, miserabilis titulorum præpositio splendoris (si Diis placet) augmentum resarcire debeat. Quæ igitur cum ita se habeant, tutioris utique hâc vice via vestigia me premere adopinor, dum insistendo majorum institutis thesum tantummodo quasdam decades, occasionem disceptandi subministrantes, publicæ doctiorum cathedræ committo, earumque fundamenta, allegatis

gatis ab utrâque parte celeberrimis jCtorum opinionibus, pro virile discutio. Quod ut eò felicius procedat, jova cæptum secunda!

## DECAS PRIMA.

### I.

**J**us nostrum ratione nititur, Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 1. tb. 57. Dissent. Anton. Matth. Disp. 12. de fund. quibusd. jur. alit. jac. quam vulgojact. sunt. pertot. Dn. Ungepaur. Disp. de Error. Justinian. p. 8.

### II.

Quamvis reverà quoque antinomiæ in jure nostro dari possint, Barthov. ad Treutl. v. 2. d. 13. tb. 1. lit. k. § 1. Anton. Merend. l. 5. Controv. Jur. Civil. cap. 38. in fin. Dissent. Nicol. de Passerib. in suâ Conciliat. LL. per tot. § Dd. comm.

### III.

Leges & Jurisprudentia non tantum externâ obedi- entiâ contentæ sunt, sed mentis quoque & voluntatis & m- gias requirunt, Dn. Struv. Ex. 1. tb. 42. Dissent. Ludvvell. Disp. 1. tb. 4. lit. f.

### IV.

Rectè etiam justitia universalis finis Jurisprudentiæ nostræ statuitur, Ludvvell. Disp. 1. tb. 4. lit. f. Dissent. Schne- bel. Disp. 1. n. 12. Arum. Ex. 1. tb. 21. Scotan. Ex. Jurid. lib. 1. q. 5.

### V.

Juris publici prudentia non rectè ad politicam refer- tur, Dn. Struv. Ex. 1. tb. 43. Dissent. Sutbold. Dissert. 1. apbor. 43.

### A 2

### VI.

VI.

Jus publicum ex præceptis naturalibus, Gentium & civilibus est collectum, Wurmser. Ex. Jur. Publ. 1. tb. 3. Dissent. Wesenb. π. ad ff. de Just. & Jur. Hermann. Herm. Fas. Jur. Publ. cap. 1. n. 17.

VII.

De Jure publico rectè in Academiis tractatur & disputatur, Hermann. Herm. loc. cit. n. 15. Dissent. Vasqv. Iustr. quest. cap. 25. n. 4. & Restaur. in tract. de Imperat. quest. 110. n. 290.

IX.

Jus nostrum Justinianeum publicum non ex se & quâ tale, sed quatenus receptum est, vim obligandi habet, Dn. Conring. de Orig. Jur. Germ. cap. 33. Dissent. Dn. Tabor. Comment. d<sup>o</sup> Metas. & Epidem. cap. 5. n. 4. & seqq.

IX.

Jus naturæ reverà cadit in bruta, Dn. Straub. Dissert. ad π. 1. aphor. 4. Dissent. Dn. Struv. Ex. 1. tb. 49. & Dd. Commun.

X.

Scriptura non est de essentiâ legis, Fr. Suarez. de Legib. lib. 3. cap. 15. Dissent. Sonsbec. p. 1. Feud. n. 3. Niell. Disp. Feud. 1.

## DECAS SECUNDA.

I.

Propter omissam nominis divini invocationem instrumentum de jure civili non vitiatur, Conrad. Rittersbus. ad Proœm. Instit. Dissent. Bern. Walther. 2. misc. 1.

II.

Judex debet judicare secundum acta & probata, non secun-

secundum conscientiam, Bartol. ad l. illicitas. 6. §. veritas.  
ff. de offic. judic. Cravett. Conf. 271. n. 6. Dissent. Daneus lib.  
2. Ethic. Christ. c. 16. Ungepaur. Exercit. 10. q. 3. in nego.

III.

Est sanè admittendus nonnunquam casus pro amico,  
Hermann. Gœhausen part. 1. peric. 1. quest. 8. & in indic. n fin.  
Dissent. Dn. Struv. Ex. 2. tb. 54. cum Scotan. Disp. 1. tb. 7.

IV.

Judex ecclesiasticus, absolutionem à juramento ad  
effectum agendi concedens, non remanet judex causæ prin-  
cipalis, Prosp. Farinac. Quæst. lib. 1. tit. de inquisit. quest. 8.  
n. 144. Dissent. apud Didac. Covarruv. libr. 1. var. resol. cap.  
4. n. 8. Felin. Sand. ad c. cum sit generale. X. de For. Com-  
petent. n. 4.

V.

Judex propter injustam capturam & incarcerationem  
potest actione injuriarum conveniri, Dn. Schröter. Resolut.  
difficil. LL. Codic. tit. de Custod. reor. qu. 2. p. m. 455. Dissent.  
Benedict. Carpzov. prax. crimin. part. 3. qu. III. n. 67.

VI.

Legatus Proconsulis non mandatam, sed propriam.  
habet jurisdictionem, Dn. Habn. ad Wesenbec. tit. de offic.  
Procons. & Legat. Dissent. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 4. tb. 30.

VII.

Præfectus vigilum potestatem habuit ultimo supplicio  
puniendi servos ob vilitatem personæ, non autem de facto  
& contra jus eandem sibi desumit, Wesenbec. in π. ad ff. de  
offic. Pref. vigil. Dissent. Dn. Habn. Comment. ad b. l.

VIII.

Possessorium atque petitorium in eodem judicio cu-

A. 3

mula-

mulari possunt, *Mynsing.* cent. 6. obser. 93. Dissent. *Gipban.* ad l. 3. C. de Interdict.

IX.

Licet fortè falsus procurator admissus & sententia lata fuerit, tamen ista pro procuratore lata Domini ratificatione convalidari benè potest, *Gail.* 1. *Obseru.* Camer. 47. Dissent. *Dn. Struv.* Ex. 7. tb. 27.

X.

Ex Prudentum responsis quoque sunt actiones proditæ, *Zaf.* ad §. 3. sed istæ. *Instit.* de Action. Dissent. *Donell.* ad §. jam cit. n. 10.

## DECAS TERTIA.

I.

**I**Mpossibilis conditio naturâ talis, si fuerit adjecta, sponsalia ipso jure non valent, *Bebstad.* de Condit. Sponsal. part. 1. cap. 5. Dissent. *Heinric.* Zaf. Comment. ad tit. X. de Condit. apposit.

II.

Polygamiā iuri naturali, seu lumini naturæ contraria non esse, abstracto mandato divino, seu lege positivâ Dei, promulgatâ in naturâ integrâ, statuimus cum *Dn. Straub.* Dissert. 2. apbor. 4. *Hulsemann.* de Stat. Conjug. tb. 8. Dissent. *Jacob.* Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 420. n. 2. & seqq. *Bened.* Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q. 66. n. 3.

III.

Inter fratres & sorores committitur incestus juris gentium, *Dn. Straub.* Dissert. ad ff. 2. tb. 18. Dissent. *Hæn.* D. 2. tb. 9. *Ludwell.* Disp. 2. tb. 4. lit. a.

IV. Ri-

IV.

Ridicula est ratio Innocentii III. in c. non debet. 8 X.  
de Consangv. & Affinit. Dn. Ungepaur. ad b. t. n.s. Dissent.  
Bellarm. de matrim. Sacram. libr. i. cap. 29. in fin.

V.

Filiī ante acceptam à patre nobilitatem nati nobiles  
fiunt, ac nobilitatis privilegiis gaudent, Andr. Tiraquell. in  
tract. de nobilit. c. 15. Dissent. Bon. de Curtil. in tract. de  
nobilit. part. 4. n. II.

VI.

Filiī post amissam nobilitatem nati avitam nobilita-  
tem amittunt, Schütz. Coll. Jur. Publ. Dispt. 9. tb. 8. lit. D.  
Dissent. Anton. Fab. 9. Cod. 28. def. 1. § 25. Valasc. de jur.  
emphit. q. 10. n. 3.

VII.

Liberi incestuosi à parentibus non sunt alendi, Dn.  
Struv. Ex. 30. tb. 79. Dissent. Mastert. de Justit. LL. Roman.  
I. 2. dub. 7.

VIII.

Nec patruus tenetur alere fratri filium, Sylvan.  
conf. 33. n. 14. Surd. de alim. tit. 1. quest. 28. Dissent. Facchin.  
12. contr. 61.

IX.

Dos quoque debetur filiæ emancipatæ, Dn. Struv. Ex.  
30. tb. 3. Dissent. Perez. C. de dot. prom. n. 6.

X.

Actio ex stipulatu dote non est stricti juris, sed bona  
fidei, Ludwell. Dispt. 16. tb. 6. lit. b. Perez. ad l. un. C. de R. U.  
action. n. 9. Dissent. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 7.

## DECAS

## DECAS QVARTA.

I.

**U**xor in persecutione dotis iis tantum creditoribus præfertur, qui non expressam hypothecam anteriorem habent, *Andr. Gail. 2. Obseru. 25. Dissent. Mestert. 2. dub. 17.*

II.

Uxor ex bonis mariti confiscatis etiam ea, quæ dotis augendæ gratia donata sunt à viro, retinet, non tantum quoad vivat, sed & post mortem in successores transfert, non verò ad fiscum, *Bajard. ad Jul. Clar. q. 78. n. 77. Sixtin. 2. de Regal. c. 20. n. 107. Dissent. Anton. Fab. 9. Cod. 6. def. 3. per tot.*

III.

Vidua ob adulterium vel stuprum commissum, mortuo marito, dotem non perdit, *Jac. Menoch. de arbitr. jud. quaest. lib. 2. cent. 3. cas. 288. n. 44. Dissent. Jac. Thoming. decis. 28. n. 1. § seq.*

IV.

Filio mortuo ante matrimonium secutum nepotes ex eo legitimantur post matrimonium secutum postea ab avo, *Didac. Covarruv. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 2. n. 19. Dissent. Alex. ad L. Gallus. 29. §. si ejus. 7. de Liber. & Posth. hered. instit.*

V.

Mulier propriè potest dici in jure nostro homo, *Harpr. ad §. 5. n. 9. Instit. de Publ. Judic. Dissentit. Cujac. 6. obseru. 21. qui tamen suo modo defendi potest.*

VI.

Est omnino adulterium, si maritus cum solutâ rem habet, *Dn. Schröter. Resolut. Difficill. LL. Cod. tit. ad L. Jul. de Adulter. Carpz. prax. crim. p. 2. quaest. 52. n. 49. Dissent. Jul. Clar. in praet. §. adulterium. n. 2. Salycet. ad L. cum duas. C. ad L. Jul. de Adulter. & Dd. commun.*

VII.



## VII.

Minorenitas in crimen adulterii regulariter à poena mortis aliquem non excusat, *Benedict. Carpz. prax. crimin. part. 2. q. 63. n. 52.* Dissentit *Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 2. quest. 8. n. 1.*

## IX.

Nec senex in hoc adulterii crimen poenam ordinariam evitare potest, *Jul. Clar. in pract. §. fin. quest. 60. vers. successivè quero. n. 6. p. m. 294.* Dissentit *Virgil. Pingitz. quest. 57. n. 31.*

## IX.

Crimen raptus perfectè est commissum, quamvis raptor non concubat cum raptà, *Perez. in C. de Raptor.* Dissentit *Stephan. ad art. 119. Constit. Crimin. Carol. V.*

## X.

Si poculum amatorium absque dolo malo datum, indeque mors præter intentionem secuta fuerit, poena ordinaria nequaquam, sed extraordinaria locum habet, *Jacob. Menoch. de arbitrar. jud. question. libr. 2. cent. 4. cas. 358.* Dissentit *Jodoc. Dambouder. in pract. crimin. cap. 61. num. 88. & seqq.*

# DECAS QVINTA.

## I.

**Q**uarta, impuberi arrogato postea exheredato debita, est bonorum omnium, *Ungepaur. Ex. 3. q. 12.* Dissent. *Hermann. Gœhausen, part. 1. peric. 1. q. 4.*

## II.

Dignitas Doctoralis non liberat à patria potestate, *Dn. Struv. Syntagma. Jur. civil. Ex. 3. tb. 67.* Dissentit *Mynsing. ad §. filiusfamilias. 4. Instit. Quib. mod. jus patr. pot. solvit.*

B

III.

III.

Princeps Elector filio suo impuberi quoad provincias suas hereditarias, ab Electoratu distinctas, testamento alios tutores, præter eum, qui in A. B. est nominatus, constituere potest, *Marquard. Freber. in Comment. ad A. B. Sigismund. de Ann. 1434. §. Et talis successio. verb. dominiiis aliis temporalibus. Dissent. Rumelin. ad. A. B. Carol. IV. part. I. Dissert. 7. tb. 4.*

IV.

Tutela Electoralis ita patruo in A. B. delata videtur, ut pater alium testamento tutorem dare, & patruum tutela privare non possit, *Hermann. Herm. fascic. jur. publ. cap. 14. n. 48. Dissent. Marquard. Freber. Comment. special. de Tutel. Elect. Palatin.*

V.

Autoritas in ipso negotio à tute re animo & corpore præsente interponi debet, *Wesenbec. in π. ff. de autorit. Et consens. tut. n. 5. Dissentit Cujac. 13. Observ. 31.*

VI.

Judæus secundum jus civile Christiani tutor esse potest, *Dn. Johann. Strauch. Dissert. de Tutel. 5. tb. 19. in fin. Ludwell. Disp. 3. tb. 6. Dissent. Dn. Hahn. Διογύμα. Jud. tb. 14.*

VII.

Dantur reverè plures species juris in re, *Dn. Hahn. tr. de jur. rer. Dn. Schmiedendorff. Disp. de ver. divis. jur. in re. Dissentit Dn. Born. Disp. inaug. de jur. in re. per tot.*

VIII.

Proprietas ac dominium non ab occupatione aut divisione Gentium, sed ipsâ primâ Dei donatione in paradyso facta proficiscitur, *ad d. Dn. Strauch. de imper. mar. c. 1. tb. 8. Et 9.*

*Ego. Soto. l. 4. q. 3. a. 1. Hugo de Roy. l. 1. t. 5. Dissent. Hug.  
Grot. l. 2. s. 2. Johann. Selden. de Jur. N. & Gent. sec. disc.  
Hebr. l. 6. c. 4.*

#### IX.

Rectè defenditur distinctio dominii in directum & utile; sicuti & in proprietatis & juris, *Dn. Struv. Ex. 11. tb. 55.*  
*Dn. Strauch. Dissert. ad 10. 6. apbor. 11. Dissent. Ludvvell.*  
*Disp. Instit. 4. tb. 4. lit. c. & d.*

#### X.

Possessio à defuncti personâ in personam hæredis transfertur, & dimittitur non ipso jure, sed vel per apprehensionem actualem, vel ejus loco per editionem aliam extenorum signorum, *Dn. Eichel. Disp. inaug. de transit. possess. in hered.* Dissentit Benedict. Carpz. in part. 3. decis. 224.

## DECAS SEXTA.

#### I.

*Jus venandi rectè quoque potest ad servitudes transferri, Andr. Gail. 2. observ. 66. Dissent. Ludwell. Disp. 5. tb. 5.*

#### II.

Liberi in conditione positi non censentur instituti,  
*Wisenbach. p. 1. D. 55. tb. 4. Dissent. Fachin. 4. c. 51.*

#### III.

In testamento non tantum annulo, sed etiam alio quovis sigillo characterem habente uti possumus, *Bronchorst. miscell. controv. cent. 2. assert. 16. Dissent. Ungepaur. Ex. 8. quest. 3.*

#### IV.

Si ex scripturâ testamenti ad pias causas certò constet de voluntate testatoris, illud valet, etiamsi planè nulli testes adhibiti fuerint, *Dn. Struv. Ex. 32. tb. 23. Dissent. Carpzov.*

p. 3. constit. 4. def. 33. Fr. de Barry tr. de success. test. & intest.  
l. i. tit. 4. n. 17.

V.

Testator jus accrescendi prohibere non potest, Ba-  
chov. 2. D. n. tb. 4. Dn. Struv. Ex. 33. tb. 7. Dissent. Molin. de  
Just. & Jur. tr. 2. D. 155. n. 21.

VI.

Fratrum & sororum liberi soli existentes succedunt in  
capita, Azo in Summ. C. de legit. hered. Dissent. Accurs. in  
Authent. cessante. C. b. t.

VIII.

Heres, qui inventarium non confecit, ultra vires he-  
reditarias etiam in foro conscientiae tenetur, stante statuto  
juris civilis, Gipban. ad l. ult. §. 14. C. de jur. deliberand.  
Dissentit Andr. Facbin. lib. 6. Controvers. Jur. cap. 24.

IX.

Fructus rei legatae ante aditam hereditatem percepti  
regulariter ad legatarium, non ad heredem pertinent, And.  
Facbin. lib. 12. Controvers. 68. Dissent. Peregrin. de fideic.  
art. 49. n. 11. Cephal. consil. 49. n. 9.

X

Filius familias potest absque consensu patris mortis  
causa donare de peculio adventitio, in quo pater usum fru-  
ctum non habet, Jason. ad l. senium. C. qui testam. facer.  
pos. Perez. C. de mort. Caus. donat. n. 15. Dissent. Alexand.  
in l. pen. C. qui test. fac. pos. Didac. Covarruv. ad rubr. de  
test. p. 3. n. 8.

## DECAS SEPTIMA.

I.

F<sup>ili</sup>ii perduellum legitimam ex bonis paternis confiscatis  
pete-

petere non possunt, *Bocer. de Crim. Majest. c. 3. num. 38.* &  
seqq. Dissent. *Roland. à Vall. Consil. 97. n. 9. vol. 2.*

II.

Moribus Saxonis recte defendi potest, quod mortuo  
patre etiam matri competit usus fructus, *Dn. Richter. De-*  
*cis. 18. n. 11.* & seqq. Dissent. *Dn. Carpzov. 2. c. 10. def. 13. 6.*  
*Resp. 70.*

III.

Pacta contractibus stricti juris in continentia adjecta  
ita iis insunt, ut ipsum contractum informent, *Jacob. Ma-*  
*estert. de Justit. Rom. Leg. lib. 1. dub. 34.* Dissent. *Donell. ad l.*  
*13. C. de pact. n. 12. Perez. in C. b. t. n. 20.*

IV.

Distinctio contractuum in bonae fidei & stricti juris  
est accurata, & locum habet in foro conscientiae, & coram  
Deo, *Dn. Georg. Adam. Struv. Ex. 46. tb. 75.* Dissent. *Ames.*  
*cas. conc. 1. 5. c. 42. n. 226.*

V.

Recte obligatio ad jus rerum, non vero ad jus perso-  
narum refertur *Conrad. Rittersbus. Schneidew.* & *Dd. Com.*  
*ad tit. Instit. de Obligat.* Dissent. *Hermann. Vultej. Com-*  
*ment. Institut. h. t.* & *libr. de discept. scholaſt. c. 4.* & *16.*

VI.

In mutuo transfertur recte dominium, & res mutuo  
data revera alienatur, *Johann. Jacob. Wissenbach. Diatrib.*  
*de mutuo. trib. disp. prop.* Dissent. *Oisel. in not. ad Caj. Instit.*  
*p. 38. cum Salmas. lib. 1. de mod. usur. p. 217.*

VII.

Ex mutuo nascitur specialis & propria condicione certi,  
*Facbin. 2. controv. 90.* Dissent. *Sutbold. Dissert. 13. apbo-*  
*rijm. 24.*

B 3

VIII.

VIII.

Filiusfamilias renunciare Senatus Consulto Macedonio ne quidem juratò potest, *Nicol. de Tudescb. ad c. cum contingat. 28. X. de jurejurand. Dissent. Bartol. à Saxoferrat. in l. si quis pro eo. ff. de fidejussor. n. 10.*

VIII.

Contra verò mulier renunciare SCto Vellejano etiam extra judicium potest, *Dn. Strauch. Dissert. 14. tb. 14. Dissent. Bartol. ad L. si mulier. fin. §. intercedere. 5. ff. ad SCt. Vellejan.*

X.

Libri, quos studiosus intulit in musæum, taciti pignoris loco pro mercede obligantur, *Dn. Richter. ad authent. habita. C. nè fil pro patr. Disp. 3. fol. 57. Dissent. Ludvvell. Disp. 16. tb. 2. lit. 1.*

## DECAS OCTAVA.

I.

**S**criptura non requiritur ad essentiam contractus emphyteutici, *Dn. Struv. Ex. 24. tb. 31. Dissent. Scotan. D. 38. tb. 19.*

II.

Remittendus venit canon emphyteuticus eo casu, quo quis fundo emphyteutico planè non potest uti, *Carpzov. i. R. 91. Dissent. Zæf. ad tit. ff. loocat. n. 89.*

III.

Idem quoque dicendum, si canon sit magnus, qui similiter remittendus dicitur ob sterilitatem, *Andr. Gail. 2. Observ. 23. Dissent. Andr. Fachin. i. Controvers. cap. 98.*

IV.

IV.

Statibus Imperii jus subditos suos nobilitandi extra territorium, nisi ex speciali privilegio, non competit, *Linn.* de *J. P. lib. 6. c. 1.* Dissent. *Nolden de nobilit. c. 2. 191. § seqq.*

V.

Non acquiritur statim nobilitas, si Imperator in rescripto aliquem appelle nobilem, *Tiraquell. de nobilit. cap. 6. n. 24.* Dissent. *Schrader. de Feud. 2. part. 9. pr. sect. 14. n. 14. § seqq.*

VI.

Feudum ligium etiam invito domino refutare licitum est, *Bocer. de mod. amitt. feud. tr. 5. c. 2. n. 148. § seqq.* Dissent. *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. lib. 6. c. 19. n. 30.*

VII.

Idem quoque pronunciandum judicamus de feudo franco, *Nicol. Myler. in addit. ad Rumelin. Comment. ad A. B. Carol. IV. part. 2. Dissert. 4. tb. 23.* Dissent. *Rittersbus. de Feud. lib. 2. cap. 2. n. 20.*

VIII.

Militibus in expeditione versantibus directò in codicillis hereditatem relinquere concessum est, *Harpprecht. ad §. 2. Instit. de Codic. num. 10.* Dissent. *Ludvvell. Disp. 9. tb. 10. lit. d.*

IX.

Prodigi omnino aliquem contractum celebrare potest ante, quam ei à magistratu bonis interdicatur, *Anthon. Gomes. variar. resolut. tit. de contract. cap. 14. num. 31.* Dissent. *Andr. Fachin. libr. 2. Controvers. jur. cap. 63.*

X.

Venditori, scienti justam rei aestimationem, beneficium

ficiū l. 2. C. de rescindend. vendition. non competit,  
si ultra dimidium læsus fuerit, *Roland. à Vall. lib. 1. conf.*  
*59. num. 10. Dissent. Andr. Fachin. Controv. jur. libr. 2.*  
*cap. 20.*

## DECAS NONA.

### I.

**B**eneficium l. 2. C. de rescind. vendit. locum quoque ha-  
bet in emtore, *Dn. Scbröter. Resolut. difficil. LL. Codic.*  
*b.t. quæst. 2. Dissent. Cujac. 16. Observat. 18.*

### II.

Mercator si rem furto ablatam bonâ fide in nundi-  
nis, vel alibi loçorum emerit, illam recognoscenti domi-  
no, etiam non soluto pretio, restituere tenetur, *Dn.*  
*Richter. Decis. 96. n. 27. Dissent. Dionys. Godofred. ad l. 2. in-*  
*civilem. C. de Furt.*

### III.

In societate servatur proportio Geometrica, *Menoch.*  
*2. arbitr. judic. quæst. cent. 2. cas. 125. Dissent. Ludv. vell. Disp.*  
*14. tb. 1. lit. c. Moun. de Just. & J. tr. 1. D. 12. n. 4.*

### IV.

Inter contractum permutationis & do ut des nullum  
discrimen agnoscimus cum *Dn. Struv. Ex. 25. tb. 16.*  
Dissent. *Wisenbec. π. ad ff. tit. de rer. permut. n. 1. Fab. 6.*  
*comm. c. 9. circ. fin. & c. 10.*

### V.

Actiones præscriptis verbis, ex contractibus inno-  
minatis competentes, omnes sunt bona fidei, quatenus sc.  
in

in his sunt mutuae præstationes respectu cōventionum,  
actualem præstationem præcedentium, Dn. Struv. Ex. 46.  
tb. 71. Dissent. Arum. ad tit. ff. de Præscript. Verb. Disp. 13.  
tb. 12.

VI.

In negotiorum gestione non tantum absentis, sed etiam præsentis nonnunquam negotia geruntur, Hermann. Vulcij. ad §. 1. Instit. de Obligat. que quas. ex contract. Dissent. Wesenb. π. ad ff. de Negot. Gest.

VII.

Actio Pauliana est actio non realis tantum & simpliciter, sed personalis in rem scripta, Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. que in fraud. credit. n. 6. Dissent. Vinn. ad Instit. §. 6. de Action. Bachov. ad cit. tit. que in fraud. creditor.

VIII.

Actio de tigno juncto, quæ datur contra malæ fidei ædificatorem est merè pœnalis, Schnobel. Disp. 20. tb. 13. Sutholt. Disp. 4. aphor. 43. Dissent. Dn. Struv. Ex. 48. tb. 29.

VIII.

Solæ inimicitiae cum occiso non sunt sufficiens indicium ad torturam, Menoch. de præsumption. lib. 1. præf. 89. n. 50. Dissent. Felin. Sand. ad c. afferte. 2. X. de Præsumt. n. 12.

X.

Rectissimè intelligi potest in I. 38. §. 5. de pœn. per hominem fœtus in utero, de quo nondum constat, an sit nasciturus masculus, an foemina, Freber. 1. parerg. 17. Dissent. Hermann. Gœhausen. peric. 2. quest. 15. part. 1.

C

DECAS

## DECAS DECIMA.

I.

Jure civili *avnoxieja* non est licita, *Bened. Carpzov. prax. crimin. p. 1. q. 2.* Dissent. *Dn. Ungepaur. p. m. Ex. 1. th. 13.*

II.

Perjurium jure civili non punitur, *Dn. Schröter. resolut. diff. LL. Cod. tit. de reb. credit.* Dissent. *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagma. Jur. lib. 50. c. 11. Borcholt. de jure jurand. c. 8. num. 51.*

III.

Injuriatus ad palinodiam & aestimationem injuriarum simulagere potest, *Dn. Richter. cent. reg. n. 43. & seq. reg. 2.* Dissent. *Dn. Carpzov. p. m. p. 2. constit. 42. defin. fin.*

VI.

Si quis in periculo mortis constitutus injuriam in confessione sacerdoti factam remiserit, in dubio & actionem injuriarum & offensam simul remisisse videtur, *Dn. Strauch. Dissert. ad ff. 19. th. 15.* Dissent. *Schneidewin. ad §. fin. Instit. de injur. Ludv. vell. Ex. 16. th. 7. lit. d.*

V.

Si nomen suum autor famosi libelli subscriperit, pena famosi libelli non tenetur, *Bened. Carpzov. prax. crimin. p. 2. quæst. 98.* Dissent. *D. Brunnemann. Comment. ad l. un. C. de famos libell.*

VI.

Veritas coniuncti a poena injuriarum non excusat, *Dn. Carpzov. prax. crimin. part. 2. q. 186. n. 67.* Dissent. *Andr. Falchin. Contr. 10.*

VII.

Furtum hodiè est quoque crimen publicum, *Wesen-Bet. in m. ad ff. de furt. n. 15.* Dissent. *Bocer. Class. 4. D. 1. th. 88.*

VIII.



VIII.

Pœnam suspendii hodiernam juri & æquitati consenteam esse affirmamus, *WeJenbec. in T. ad ff. de Furt. n. 15.*  
*Jodoc. Dambauder. prax. crimin. c. 110. n. 29. Dissent. Daneus*  
*2. Etb. Christ. cap. 15. Matth. Steph. de Jurisd: c. 8. o. 54.*

VIII.

Pœna criininis læsæ majestatis, quâ bona rei fisco vindicantur, pertinet etiam ad futura bona post scelus admisum acquisita, *Cujac. 6. Observat. 23. Rumelin. ad A. B. part.*  
*3. Dissert. 4. tb. 6. Dissent. Scip. Gentil. de Conjurat. lib. 1. cap.*  
*2. verb. omnibus bonis. Chassan. Cons. Burg. Rubr. 2. §. 2.*  
*n. 23.*

X.

Appellatio in criminalibus rectè hodiè non admittitur, *Bened. Carpzov. prax. crimin. p. 3. q. 139. Dissent. Oldekop. tr. de appellat. in crimin.*

Hic pedem figo atque tibi, cordate Lector, tuaeque integritati positiones hasce meas sedulò commendo, quippe quas, Deo teste, non ex quodam petulantis arrogantiæ conamine, pariter ac singulari magnorum virorum censurâ, (quam soepius, proh dolor! novelli nugigeruli temporis hodierni protervè suscipiunt,) sed ex unico saltim veritatis indubitò indagandæ studio productas scio. Interim tantum abest, ut doctius cuiuslibet amici judicium refugiam, ut potius illud ipsum, modo irrefutabili rationis principio suffultum fuerit, ambabus manibus lubentissimè amplectar.

Quum non pudeat, quæ juvenis fortè nescivero, à quolibet avidissimè addiscere. Vale coetera,  
odisseque noli,

III Ad

Nobilissimum atque Clarissimum

Dn. WILHELMUM KLAUBARTUM,

J. U. C.

Cum centum intricatas Doctorum opiniones ventilandas  
publicè proponeret:

**Q**Và Themidos sacra jura patent, Tu divite cultu  
Ingenii monstras, dexteritate probas.  
Hinc, Virtute viam monstrante, sequentur honores  
Te Comites, voveo: prospera cuncta fluant!  
scribēt.

## PRÆSES.

**Q**uod Natura docet, quod Jus Commune, quod Uſus  
Exigit, id monstrant themata scripta Tua.  
Sic portare Tibi meritò KLAUBARTE licebit,  
Quæ venient celeri, digna brabea, pede.

Hicce Amico & Commensali suo, animo  
& calamo gratulari debuit,  
voluit

**Johannes Fridericus Pöpping.**  
Jur. Doctorand.

**F I N I S.**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0029-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0030-0

DFG

**ULB Halle**  
003 596 869

3



Sb

Wien

DA






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382793-p0032-2

DFG

**Farbkarte #13**



E. 3  
**DECEM. DISSENSIONUM  
DECADES**  
MAGNIFICO. FACULTATIS. PERMISSU  
PRÆSIDE. AMPLISSIMO  
**JOHANNE. GEORGIO. SI  
MONE. D**  
VENTILANDAS. EXPONIT  
**WILHELMVS. KLAUBARTVS**  
PENICENSIS. MISNICVS  
JENA. DIE. V. MAIL. A O.R.M. DC. LXIX  
LITERIS. NISIANIS

1669,45<sup>a</sup>

59  
A5

57